

Franckesche Stiftungen zu Halle

**Joh. Andr. Qvenstedii, SS. Theol. D. & Prof. Publ. Ordin. in
Acad. Witteberg, Ethica Pastorum, & Instructio Cathedralis,
sive Monita, Omnibus ac ...**

Quenstedt, Johann Andreas

Wittebergæ, 1708

VD18 13565508

CXVII. Horam Ecclesiastes perorando non excedat sine gravi causâ.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082

stem incurrat. Curet insuper, monente Car. Regio Orat. Christ. Lib. X cap. 17. quantum fieri potest, ut habeat hunc animum semper paratum, ut nunquam ex quacunque occasione turbetur, siue ob paucitatem audientium, siue ob strepitum, qui interveniat, siue ob aliam quamcunque causam, & habeat quandam potestatem ac libertatem, ut etiam si memoria labatur, non significet se commoveri. Interim tamen nolo, ut somnium timorem abiciat Praeco Fidei. Concionatores enim timidi sunt Optimi. Et si jam enex & in concionando exereitatus sum, dicit de se B. Lutherus in Coll. Conviv. cap. 21. fol. 282. tamen timeo, quoties sum confusus. Et Optimi quique, scribit D. Mylius in Epist. ad Rom pag. 13. Spiritum timiditatis difficillime & vix tandem expugnant.

CXVII.

Horam Ecclesiastes perorando non excedat sine gravi causa.

ἐν ὅρῳ.

AD attentionem facit Concionis brevitatem, quae Concionatori summa cura esse debet. Certum quippe est, omnibus auditoribus brevitatem esse gratissimam, nam eos, qui libenter

beniter audiunt, ipsa famēs non expleta delectat, ceteros autem longitudo ad radium usque defatigat. Qui nimis prolixi sunt, & ultra horae spatium sermonem protrahunt, illi, praeterquam quod ostentationis, nimiae eruditionis & eloquentiae non leuem praebeant suspicionem, & seiplos praeter necessitatem fatigant, eo ipso odiosi sunt, quod aburi videntur Auditorum patientiā. O quoties corrumpitur grati cantus suavis, cum accedit odiosa prolixitas. O quoties in autem insusurrandum Orationi sacro; Bona Concio, concio optima, si modo non fuisset nimis longa. Quod si auditoris etiam memoriae consulendum, non ea fatiganda nimium aut obruenda. *Prædicatori modus audientis est considerandus*, inquit Gregorius 17. Moralium. Auditores omnia capere & retinere non possunt. Prolixitas Concionis priora excutit, posteriora, audiendi radium non admittit. Concio moderatè brevis & probe distincta, omnium optima. Tot orationi perditur gratia, si sermo iusto longius protrahatur & auditores ultra tempus. Concio si publicā autoritate concessum & præfixum, detrahetur. Imprudens est Orator, qui mavult amittere auditorum gratiam, quam omittere aliquam inventionis suae particulam, aut eos, apud quos dicit, potius dimittere usque ad cau-

seam saturos, quàm cum audiendi lubentià ad-
 huc avidos. De D. Paulo Sperato refert *Porta*
 in *Pastorali*; quod dicere solitus fuerit; *Pre-*
dica bona, bene, breviter, & sic docebis utiliter.
Gregorius inquit in *Homilia* quadam; *Alimen-*
ta, quae minus sufficiunt, avidius sumuntur. B.
Lutherus dicere solebat; Tria sunt Conciona-
 toris requisita: 1. ut *suggestum ascendat*, 2. ut
os aperiat, & aliquid dicat, 3. ut *etiam finem fa-*
ciat, & iterum descendat. *Steig hinauff!*
thue das Maul auff! und höre bald auff.
 Vide *Tom. V. Germ. Jenens fol. 346 b. in cap.*
5. Matth. D. Hieronymus W. llerus in *Libello* de
 ratione formandi *Stud. Theol. b 3 & 5.* inquit;
Memini Lutherum dicere ad Theologum quere-
dam; cui mos erat, ad duas ferme horas concio-
nari; Vos cadum facitis Verbi; Ihr machet!
daß man des Worts überdrüssig
wird *Mathesio* quærenti, *wie er seine*
Predigten anstellen solte? respondit
Lutherus; Wenn ihr sehet, daß euch
die Leute mit grosser Lust und Ernst
zuhörē, so beschließet, Ein andermahl
kommen sie desto lieber wieder, ut refert
ipse Mathesius Conc. XII de vita Lutheri fol. 136.
127. diosa vobis res est, dixit aliquando idem Luth.
longa

longa prædicatione. Nam spiritus desiderii ad
audiendum extinguitur in auditoribus, &
ipsi Concionatores sibi injuriosi sunt. Cooser Col-
loq. Convival. B. Lutheri cap. XXIII. fol. 286. Mo-
do citati Welleri in Libel. de ratione form. studii
Theol. vox est notatu digna; Illud semper habe-
bit studio pastor, ne nimium prolixas conciones habeat
nec obruat auditores multis locis tractandis ut eos ta-
dium Verbi Dei capiat. Est enim tenera res audi-
tus, uti B. Lutherus loco jam allegato loquitur;
Et ii Concionatores maximè probantur, non qui
nec finem nec terminum invenire possunt, sed qui no-
runt quid sit satis, h. e. qui norunt & incipere
& desinere; Dixit quoque aliquando Philippus
Melanthon, referente Welleri loc. cit.,
Oportet Oratorem, sive Ecclesiasticum,
sive forenses per quam faciendum est sva-
vem esse, ut si ultra dimidiam horam con-
cionetur, effugiat tadium auditorum.
Quia nullus, inquit, sensus citius defati-
gatur, quàm auditus. Videatur M. Contra-
rius Porta loc. cit. pag. 81. seq. Ast enim verò
loquaces & nimium dicaces Concionatores
prolixitatem concionum suarum excusare ce-
nantur, verbis Christi, Joh. VIII. 47. Qui ex
Deo est, Verbum Dei audit, 2. exemplo Esra,
Scriba & Sacerdotis, qui post reditum Judæo-
rum è captivitate Babylonicâ, cum exercitium
cultus divini denuò instauraret, legit Librum,

Legis Moſis *ἀμανε* usque ad meridiem. Nehem. VIII. 3. 4. 3. exemplo Pauli, de quo dicitur Actor. XX. 7. protendiſſe eum sermonem *μέχρι μεσονυκτις*, usque in mediam noctem. Verum Saluator noster verbis adductis ostendit *κρίτηριον* & *γνώρισμα* eorum, qui ex Deo per Verbum sunt regenerati, quod scil. Verbum Dei audiant, non tantum auribus externis, sed etiam cordis, auditu eo, qui Luc. VIII. 15. describitur, sed quid hoc ad praesens institutum. Exemplum *ἑξ* est extraordinariū in septuagenariā enim illā caritate plerique Legem Domini oblivioni dederant, ideo summa requirebat necessitas, ut diligenter ea inculcarentur. Exemplo vero Pauli totam ferē noctem differendo transigentis, neūquam excusari possant, cum & *κατήχησις* illa fuerit domestica, nec continua, sed sub interrogationum & responsionum intervallo, & necessaria, eo imprimis tempore, quo discessurus erat, nec inanis quādam *πολυλογία*, seu loquax garrulitas, sed dissertatio de praecipuis fidei articulis, non confusanea, sed certi ordinis & methodica. Clare hoc indicat vis verbi *διαλέγεσθαι*, scil. non continua semper orationis serie Apostolum fuisse usum, sed assidentes de doctrinā interrogasse, interrogatos respondisse, atque irapiam inter ipsos *κατήχησιν* fuisse institutam. Quod verò *εἰς μεσονύκτιον* protracta est oratio, ind. fatigabile fecit docentis studium, indefessaque audientium capiditas, serio arguens nostrum

strum corporeum, qui vix interdum & per horulam sine fastidio aures præbeamus concionibus. Cæterum id sedulo attendendum, ut omnis dictio horulæ spatio strictè concludatur. Præsertim in *solemnioribus Festivitatibus* (ubi pluribus Concionibus integrum consecratum est triduum.) monente *Bernhardo*; *Videtur sermonis prolixitas & concio tristis.* Bene *DiCarpzovius* lib. II. Jurispr. Consultor. Definit. CCLV. pag. 384. *Quo tanto magis, inquit, excitentur homines ad audiendas conciones sermonem pastor ita instituat, ac moderetur, nè ultra tempus auditores detineantur, & in Sabbatho ac Festis diebus concio ultra horam in diebus verò profestis ultra dimidium, vel tertium quadrantem extendatur ac prolongetur.* Quem in finem h. d. e. clepsyptra in suggestu collocatur, quæ mensa concionis monstret. Sanè *Vereres* brevitati in concionando quàm maximè studuerunt. *Eorum* Tractatus seu Homiliæ sunt ita concisæ & concinnæ, amabili brevitate & mirabili rerum gravitate illustres, ut quilibet Tractatus, unaquæq; concio intra dimidiam horam vel ad summum intra

intra

intra tres quadrantes horæ absolvi potuerit. Videantur Homiliæ Leonis M. Gregorij M. aliorumq; Hinc *Atanasius* in Homil. quadam de Sermone; Nobis, inquit, *ecleriter hic percurrenda est hystoria, ne per longitudinem fastidiosus auditori.* Concionandum est ad horam, inquit *Cbryostomus* Serm. 17. in Epist. ad Rom. Egregium hæc de re simile adducit *Gregorius Nazianzenus* Orat. in S. Bapt. init. *Sermonis satietas, inquit, est auribus inimica, non aliter atq;e cibus immoderatus & nimis est noxius corpori.* Sicut enim ciborum copia tandem nauseam parit, verum alimenta quæ non redundant, avide sumuntur, & salubriter concoquuntur, ita etiam sermonis prolixitas nausæa concioni parit, concio verò, in quâ nihil redundant, avide sumitur, & salubriter concoquitur. *Basilus Magnus* in enarrat. Ps. 14. testatur Conciones suo ævo ultra horam non durasse. Propterea Concionator id laborare debet, ut nervosâ & efficaci brevitate desiderium audiendi auditorum semper retineat, die Kürze treibet die Zuhörer an/desto fleißiger auffzumerkfen/und auch desto eher wieder in die Predigt zu kommen. *Experientiâ constat, gravatè ad eos audiendos adiri, qui horam dicendo excedunt: Rosas licet & aurum & gemmas*

mas loquaris, inquit Drexelius Aurifod. art. & scient. part. III. cap. XII. num. 10. si boram trans-
filias, pluribus non placebit, cum fastidio discedent,
qui cum fame venerant. Semper consilius est ait
Carolus Regius Orat. Christ. Lib. IX. cap. 9. p. 397.
ut cum fame discedat Auditor, sic enim fiet, ut audi-
ra commodius retineat, & libentius redeat. Vide
Constit. Ecclesiast. Elector. Saxon. fol. 48. &
Articul. Gen. 3. fol. 297. §. jam dritten. Nan-
minus virtus est, scire definire, quàm scire dicere.
Noti sunt versiculi Germanici;

Dein Predigt schluß kurz / rund und gut /
Lang Predigt hört man mit Unmuth.

Ist's eine Kunst wohl predigen können?

So ist's auch eine / das Ende finden.

Wer den Schlüssel nicht finden kan /

Der macht verdrossen jederman.

*Ab sit tamen etiam concisa nimis brevi-
tas, (verba sunt M. Rebhan Concion.
cap. XII. monit. 2. pag. 605.) quam ideo
nonnulli affectant, vel quod ex ignavia
labores fugiant, & ingenium intendere
nolunt, vel auditorum malitia gratifican-
tur, qui more rusticorum longis botulis,
conciombus verò brevibus gaudent.*